Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

APORA

portat eam. que habet capita. vii. et
cornua decem. Bestia quam vidisti.
fuit et non est. Et ascensura est de a
bysso: et in interitu vadit. Et mirabi
tur inhitantes terram. quorum nomina
non sunt scripta in libro vite. a co
stitutione mundi. videntes bestiam
que erat et non est. Et hic est sensus qui
habet sapiam. Septem capita. vii.
montes sunt super quos mulier sedet:
et reges septem sunt. Quinque cecide
runt: unus est. et alius nondum veni.
Et cum venit oportet illum breve tem
pus manere. Et bestia que erat et non
est. et ipsa octava est et de septem est. et in
interitu vadit. Et decem cornua qui
vidisti. decem reges sunt. qui regnum
nondum acceperunt: sed potestatem
tanquam reges una hora accipiet post
bestiam. Hi unum habent consilium: et
virtutem et potestatem suam bestie tradent.
Hi cum agno pugnabunt. et agnus
vincet illos. quia dominus dominorum est. et
rex regum: et qui cum illo sunt voca
ti fideles et electi. Et dixit mihi. Aque
quas vidisti ubi meretrix sedet. po
puli sunt et gentes. et lingue. Et de
cem cornua que vidisti in bestia. hi
odierunt fornicariam. et desolatam fac
ient illam. et nudam: et carnes eius
manducabunt. et ipsam igni conse
mabunt. Deus enim dedit in corda eo
rum faciant quod illi placitum est ut dent
regnum suum bestie. donec consumentur
verba dei. Et mulier quam vidisti est
ciuitas magna. que habet regnum
super reges terre. XVIII.
Et post hec vidi alium an
gelum descendentem de celo.
habentem potestatem magnam: et terra
illuminata est a gloria eius. Et clama
vit in forti voce dicens. Cecidit ce
cidit babylon magna: et facta est habi
tatio demonum. et custodia omnis
spiritus immundi: et custodia omnis volu
cris immunde. et odibilis: quia de vi
no ire fornicationis eius biberunt omnes
gentes. et reges terre cum illa fornicati
sunt: et mercatores terre de virtute de
liciarum eius diuitiis fuerunt. Et au
divi aliam vocem de celo dicentem. Exi
te de illa populus meus. ne participes
sitis delictorum eius. et de plagis eius non
accipiatis: quoniam pervenerunt peccata eius
usque ad celum. et recordatus est dominus i
niquitatum eius. Reddite illi sicut et
ipsa reddidit vobis: et duplicate du
plicia secundum opera eius. In poculo quo
miscuit vobis. miscete illi duplici.
Quantum glificauit se et in deliciis
fuit: tantum date illi tormentum et
luctum: quia in corde suo dicit. Sedeo
regina et vidua non sum: et luctum
non videbo. Ideo in una die venient
plagae eius. mors. et luctus. et fames.
et igni combuentur: quia fortis est do
minus qui iudicabit illam. Et flebunt et
plangent se super illam reges terre. qui
cum illa fornicati sunt. et in deliciis
vixerunt: cum viderint fumum incen
dii eius. longe stantes propter timorem
tormentorum eius. dicentes. Ve ve ve ci
uitas illa magna babylon. et ciuitas
illa fortis: quia una hora venit iu
dicium tuum. Et negociatores terre fle
bunt et lugebunt super illam: quoniam mer
ces eorum nemo emet amplius. merces
auri. et argenti. et lapidis pretiosi. et
margarite. et bysso. et purpure. et seri
ci. et coccci. et omne lignum thynum. et
omne vasa eburea. et omne vasa de la
pide pretioso. et eramento. et ferro. et